



**ECOLE INSTRUMENT DE PAIX - ITALIA  
e  
ACCADEMIA ITALIANA DI POESIA**

*INDICONO*

**LA VIII EDIZIONE DEL  
CERTAMEN LATINUM  
VITTORIO TANTUCCI E SCEVOLA MARIOTTI  
APERTO A STUDENTI, STUDIOSI E CULTORI**

*con il patrocinio*

**del Ministero per i Beni e le Attività Culturali e per il Turismo  
del Ministero dell'Istruzione Università e Ricerca**

*con la collaborazione*

**della D.G. per lo Studente, l'Integrazione, la Partecipazione  
della D.G. per gli Ordinamenti Scolastici e per l'Autonomia Scolastica - MIUR**

*con la collaborazione scientifica*

**della Università LUMSA di Roma**

Il *Certamen* si propone di promuovere lo studio della lingua latina e l'approfondimento delle sue capacità espressive attraverso la riflessione sulla perenne attualità di tematiche esistenziali, che hanno trovato voce e corrispondenza di accenti sia nella poesia latina che in quella moderna e contemporanea.

La premiazione del *Certamen* Vittorio Tantucci e Scevola Mariotti si svolgerà con grande solennità a Roma presso la Libera Università degli Studi Maria SS.ma Assunta (LUMSA) l'**11 aprile 2019**, con la mente e con l'animo rivolti alla vicina festività di S. Caterina.

**Il *Certamen* si articola in due distinte sezioni:**

**Concorso Vittorio Tantucci destinato agli studenti e Concorso Scevola Mariotti destinato a studiosi e cultori di lingua latina.**

Il Concorso Vittorio Tantucci è riservato a studenti delle classi quarte e quinte delle scuole secondarie di secondo grado con insegnamento della lingua latina (licei classici, scientifici e linguistici) ed è intitolato al celebre latinista Vittorio Tantucci, autore della grammatica latina più nota dal dopoguerra ad oggi in Italia e all'estero.

Il Concorso Vittorio Tantucci è stato incluso dal Comitato del Ministero della Pubblica Istruzione, Università e Ricerca (MIUR) nell'elenco dei *Certamina* i cui vincitori potranno partecipare alle Olimpiadi delle Lingue Classiche promosse dalla Direzione degli Ordinamenti scolastici del suddetto Ministero.

**Il Concorso Scevola Mariotti è riservato a studiosi e cultori della lingua latina** ed è intitolato a Scevola Mariotti, insigne filologo della "Sapienza" di Roma, autore, tra l'altro, in collaborazione con Luigi Castiglioni, di un noto *Vocabolario della lingua latina*.

**Per tutti i partecipanti, sia al Concorso V. Tantucci che al Concorso S. Mariotti, il tema prescelto quest'anno è:**

"E Dio vide tutto ciò che aveva fatto, ed era molto buono" (Gen. 1, 31): come le scienze naturali, la tecnologia, l'ecologia, l'economia, la politica, la cultura ci possano aiutare a conservare tali beni".

**Il tema proposto ai concorrenti che partecipano al Concorso V. Tantucci può essere sviluppato in una triplice forma:**

- 1) **componimento latino in poesia**, comprendente non meno di 20 versi e non più di 40, accompagnato da una traduzione italiana di carattere poetico;
- 2) **componimento latino in prosa con traduzione italiana** (massimo 600 battute), concernente una riflessione critica sui versi di un poeta latino sul tema proposto, a scelta del candidato;
- 3) **elaborato multimediale**: sceneggiatura, drammatizzazione di un testo classico sul tema, presentato su supporto multimediale, CDROM o DVD, della durata massima di 10 min., a cura di un singolo o di un gruppo di studenti.

L'elaborato di ciascuna delle tre forme dovrà essere corredato della scheda allegata al bando.

Per il Concorso Tantucci il primo premio, in una delle tre forme espressive, a giudizio della giuria, consiste in trecento euro;

-il secondo premio in duecento euro;

-il terzo premio in cento euro.

Sono previste menzioni d'onore ai meritevoli.

A tutti gli studenti partecipanti verrà rilasciato un attestato valido per il credito formativo.

Ai docenti coordinatori sarà rilasciato un attestato valido per il credito professionale.

**I concorrenti, esperti e cultori, che partecipano al Concorso S. Mariotti debbono presentare un componimento in versi, attenendosi alle seguenti disposizioni:**

- la poesia in lingua latina deve comprendere non meno di 30 e non più di 100 versi;
- il testo del componimento, battuto al computer, deve essere contrassegnato da un motto che sarà ripetuto su una busta all'interno della quale sarà racchiusa una scheda con indicazione di nome e cognome del concorrente, recapito e numero di telefono, indirizzo di posta elettronica.

Al vincitore del Concorso Mariotti sarà assegnato un premio di trecento euro.

Sono previste menzioni d'onore ai meritevoli.

Curatrici del Certamen    Lina Lo Giudice Sergi    Anna Paola Tantucci

Il Bando del Certamen è presente nei siti

E.I.P Italia [www.eipitalia.it](http://www.eipitalia.it)

MIUR [www.istruzione.it](http://www.istruzione.it)

#### **Modalità di trasmissione degli elaborati**

Tutti i concorrenti al *Certamen Tantucci - Mariotti* dovranno inviare le loro opere, in cinque copie cartacee e su supporto elettronico, entro e non oltre il 10 marzo 2019 (farà fede il timbro postale), al seguente indirizzo: **Segreteria del Certamen "V. Tantucci - S. Mariotti", Via Edoardo Maragliano, 26-00151 Roma.**

**SCHOLA PACIS INSTRUMENTVM - E. I. P. ITALIA**  
**ACADEMIA POESEOS ITALICA**  
**DISCIPLINIS, STUDIOSIS CULTORIBVSQVE**  
**VIII CERTAMEN LATINVM**  
**VICTORIO TANTUCCI ET SCAEVOLAE MARIOTTI DICATVM**  
**PROPONVNT**

Te, praeclare linguae Latinae cultor, de certamine certiorem facere optamus, quod, Victorio Tantucci et Scaevolae Mariotti dicatum, "Schola Pacis Instrumentum - E.I.P. Italia" nec non "Academia Poeseos Italica", patrocinante Libera Studiorum Universitate Maria SS.ma Assumpta (LVMSA), edicere statuerunt.

Certamen linguam Latinam fovere conatur; ea enim perennes rerum humanarum respicit quaestiones, quae ut antiqua excitaverunt ingenia ad carmina Latine contextenda ita recentioris vel nostrae aetatis poetas continuo sollicitant.

Exitus Certaminis Victorio Tantucci ac Scaevolae Mariotti dicati apud Liberam Studiorum Universitatem Mariam SS.mam Assumptam (LVMSA) magna cum sollemnitate renuntiabitur die **XI mensis Aprilis a. MMXIX**, mente animoque ad proximam S. Catharinae festivitatem conversis.

**Certamen in duas partes dividitur, quarum prior, Victorio Tantucci dicata, lyceorum discipulis proponitur.** Nam Victorius Tantucci praeclarus illius de grammatica Latina libri auctor fuit, qui sexaginta iam annos vel apud Italos vel apud externas gentes plurimi est ductus.

Collegium virorum a Publicae Institutionis Administro delectorum "Praemium Tantucci" in certaminum numerum inclusit, quorum victores accedent ad Olympiades Classicarum Linguarum.

**Altera certaminis pars, Scaevolae Mariotti dicata, linguae Latinae cultoribus et studiosis proponitur.** Nam Scaevola Mariotti, quod neminem latet, praestantissimus apud Romanam Studiorum Universitatem "Sapientia" philologus fuit et, inter cetera, una cum Aloisio Castiglioni Lexicon linguae Latinae edidit.

**Omnibus petitoribus, studiosis et cultoribus, Certaminis anni MMXIX hoc argumentum subiectum est:**

"Viditque Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona" (Gen. 1, 31): quomodo naturales scientiae, technologia, oecologia, oeconomia, rei publicae administratio, humanus civilisque cultus nos adiuvare possint ad ea bona servanda.

**Discipuli, qui "Praemio Tantucci" interesse cupiant, in certaminis argumento tractando unum ex his tribus contentionis generibus adhibere possunt:**

- 1) **petitor carmen praeferet a se Latine confectum**, nec minus XX versibus nec plus XL versibus continens, cui Italicam interpretationem poetico spiritu inflatam adiciet;
- 2) **petitor solutam orationem proferet a se Latine confectam**, numerum DC digitalium pulsuum non excedentem, quae de cuiuslibet veteris poetae Latini versibus, ad certaminis argumentum pertinentibus, cogitationes et adnotationes volvat;
- 3) **tertium contentionis genus** praescribit, ut unus discipulus vel circulus discipulorum textum antiqui auctoris Latini ad certaminis argumentum pertinentem in ludum scaenicum convertat, exinde fabulam in multimedialem apparatus (scil. CDROM vel DVD, ut nostrorum dierum siglis utamur) deducat, cavens, ne actio decem temporis momenta excedat.

Textus Latini et Italici vel multimedialis apparatus schedam exhibebunt huic edicto additam.

Ludices praemia tribuent omni inter contentionis tria genera discrimine remoto.

**Victoribus haec praemia tribuentur:**

- qui inter omnes victor evaserit, diplomate et trecentis euronummis honestabitur;
  - qui victori proximus discesserit, diplomate et ducentis euronummis decorabitur;
  - qui tertio erit praemio dignus, diplomate et centum euronummis decorabitur.
- Qui bene meriti erunt, publica laude ornabuntur.

Omnibus discipulis petitoribus concedetur testificatio credito scholastico valida.

Omnibus magistris discipulorum petitorum moderatoribus cencedetur testificatio credito professionis proprio valida.

**Petitoribus, qui "Praemio Mariotti" interesse cupiant, haec sunt observanda praecepta:**

- carmina ne minus XXX versibus constant neve numerum C versuum excedant;
- unusquisque petitor opus suum in summa pagina sententiola tantum notet, quam super involucrum, in quo scidula nomen et cognomen nec non domicilium et cursum electronicum exhibens claudetur, iterum exarabit.

Victori diploma et trecenti euronummi tribuentur.

Qui bene meriti erunt, publica laude ornabuntur.

Omnes Certaminis "Tantucci - Mariotti" petitores quinque operis exemplaria chartacea necnon exemplar in CDROM redactum mittant ante diem X mensis Martii anni MMXIX (dies in sigillo cursus publici impressa testimonio erit) ad hanc administrationem: **Segreteria del Premio "V. Tantucci - S. Mariotti", Via Edoardo Maragliano, 26 - 00151 Roma.**  
**Curatores Praemii Lina Lo Giudice Sergi - Anna Paola Tantucci**